vobis omnibus me Stanislao Cracoviensi
episcopo Potravin quondam meum patrimonium
vendidisse et pecuniam taxatam recepis
se, propinquos quoque meos in eo nichil umquam
iuris habuisse. Testes autem qui huic af
fuerunt contractioni et se subtraxerunt ab hoc
testimonio timore, munere, gratia vel
odio, nisi penitentiam egerint de commisso, sancte
fraternitatis qua deus est invidos de gloria.
Rex vero Boleslaus et sui milites comprobata
veritate facti et assertione tanti testimo
nii de consilio comitum dederunt episcopo pal
mam iustitie, et sine omni contradictione
possederunt cum plena ville possessione.
Nuncquid autem Potravin villa predicta
a iurisdictione ecclesie Cracoviensis sit aliena
ta, non est temporis instantis probola.
Hiis autem peractis dixit sanctus Stanislaus
ad Petrum militem: Si placet et tibi videtur ex
pedire, vis ut pro eo labore et merito
per aliquot annos vite tue a deo indu
tias impetrabo. Respondit Petrus dicens:
Beatitudini tue pater venerande gratias ago, ma
gis vero gratum habeo ut meo me resti
tutus monumento, quod tempore ad hunc

modico penitus completis adiciendum sit
purgatorio, et sic letus ad requiem perpe
tuam transibo. *Item de eodem.*
Sanctus vir cognita voluntate Petri,
comitante secum populi multitu
dine, rediit cum ad locum sepulture.
Deinde cunctis videntibus sepulcrum in
travit, membra sua composuit, pro se
dominum exorari rogavit, sicque tunc optima fecit
et spiritum domino reddidit. Super eum transiit
sanctus Stanislaus commendacionem anime fecit.
Habita quoque ad populum exhortatione, data
quoque pontificali benedictione, reversus est ad
propria cum comitatu suo, gratias agens pro
universis beneficiis omnipotenti deo. Pla
cabile est autem et verisimile, quod ille Petrus,
qui de divina dispensatione a deo viri
precibus suscitatus fuerat a morte, protestan
dum veritate talium questionibus potuit
satisfacere. Qui requisitus bona bonis,
mala malis pronunciavit, et ut secundum sta
tum suum unusquisque se corrigeret premu
nivit. *Exemplum miraculi precedentis.*
Nec moveat aliquem tanti prodigii
miraculum, quod Petrus suscitatus est
post triennium ad ferendum testimonium ve
ritati. Legimus enim simile miraculum
in gestis sanctorum per preceptum beati Petri
apostoli circa Maternum discipulum suum.
Cum enim Petrus apostolus eundem Maternum
metropoli Treverensi Eucharium archiepiscopum
misit cum eo et Valerium condiscipulum,
eidem urbi verbum dei predicandum. Qui
cum iam triginta dierum itinere a Roma fuissent
digressi, contigit beatum Maternum gravi[ter]

firmari · et eadem in firmitate mori · Nono
sepulture tradito ingressus cum materiali
corpore iterum quo venerat · morte eius
renunciante Petro · Beatus autem apostolus dei
et baculum suum · iussit eum ut rediret · ap-
toque sepulchro · baculum suum super corpus de-
functi poneret et diceret · Petrus apostolus do-
mini Ihesu Christi · magister tuus mane precepit tibi
surge · baculum meum accipe · adimbeam et
viculum perge · et ministerium tuum ad quod
missus es imple · Qui continuo surre-
xit · et accepto baculo petri · Tricium venit
et mandatum apostolicum complevit · Quia
propter admirationis tanti miraculi · propter
ministerium fidei · usque in hodiernum diem
Romanus pontifex pastorali baculo ca-
ret · et ecclesia Treverensis suum pontificis
baculo privilegiata gaudet · *Item de*
Perfulgentes virtutes utriusque *eodem*
pontificalis sexus fere · iudicium quam
Prompsit deus qui facit mirabilia solus · per
beati petri meritum adiutus revocavit ma-
terni · et sancti Stanislai meritis pulsatus
precibus · a mortuis suscitavit militem pe-
trum · Illum post · lx · dierum spatium · istum quidem post
trium annorum decursum · Illum ut impleret
vinculum predicationis officium · istum
ut veritati perhiberet testimonium · utrumque
salutis et fidei negotium · Nondum
quam quod in talibus et consimilibus miraculis · si
divine virtutis pensetur operatio · nullum
est miraculum · quia omnia possibilia sunt apud
deum · Si vero sanctorum attendunt meritum et
fidei donum · tanto quanto cuncta bona pro-
cedunt · hoc preeos operatur bonum · ut im-

plicat veritatis illud dictum evangelicum ·
Qui in me credit opera que ego facio
et ipse faciet · et maiora horum faciet · De
pueris quoque et reprobis septum est · toli-
tera opera dei · unde quod nemo potest cum co-
rige que iste despexerit · Boleslaus et eius fi-
lius Kazimirus ut erant maxime perimi-
comissis · nec timore dei tacti · nec presenti
miraculo compuncti · nec admonitione pie-
na correcti · in suis sceleribus persistebant ob-
stinatus · *Cum in ix Kazimiri et Stanizlai*
Iste Kazimirus dictus *fuit contemporanei ·*
sicut premisimus · et nunc ad prosequendum hysto-
rie ordinem tempore subitur · qui fuit in
Alemannia pulsus · beati Stanislai fuit con-
temporaneus · utrique enim eorum in provincia tra-
ditus sunt litteris imbuendi · Stanislaus
quidem in polonia · Kazimirus vero in Ale-
mannia · litteras autem attigisse cognos-
catur · sicut in sequentibus declarabitur · *De clade polo-*
Eodem quoque *nie quando iste rege caruit*
tempore clades illa polonie in-
cidit · quod stirpe ducali et regia in polo-
nia deficiente · nationes que circa sole-
bant reddere censum regi polonie · rebellaverunt
tamquam lupi rapaces · per circuitum vastantes
regnum polonie · Monasteria comburebant
et ecclesie · perimebant monachos et clericos
sacerdotes · senes et iuvenes gladio iu-
gulabant · virgines et vidue et maritate
violabant · et in captivitatem cum ignominia
ducebant · Consumpta sunt per incendia ·
sibi urbesque gentilium ... penetrata
tota polonia · cum aliunde non esset auxi-
lium · maiores natu ...

ut requirerent et invenirent · et reducerent
in regnum exulem et eiectum Kazimirum ·
Hic enim competenter instructus et iam
iuvenis factus robustus · per alemanniam · galli-
as transiens · et in monasterium cluniacen-
se veniens · sancta conversatione monachorum
ibidem ... illectus · et spiritu
dei inflammatus · vitam mutavit · et sub
habitu sancti Benedicti deo militare cepit ·
De revocatione regis Kazimiri de claustro
At vero lectati *cluniacensi*
a polonis assumpto comitatu
multo · variisque muneribus auro et
argento profecti sunt ad requirendum regem
Kazimirum · Tandem post longam peregrina-
tionem · pervenientes cluniacum inve-
nerunt eum ibidem sub habitu mona-
stico · iam septimum agentem annum · Ex-
positisque causis itineris et apertis thesau-
ris suis obtulerunt ei et abbati suo mu-
nera · vasa aurea et argentea · sub in-
ferentes · quod clades et quanta mala pro-
pter eius absentiam sustinuit polonia ·
Denique petunt dominum abbatem · ut eis
ducem suum restitueret · supplicant nichilo-
minus Kazimiro ut in poloniam rediret
regnumque gubernaret · et patriam suam ab hos-
tibus liberaret · Abbas autem habito pru-
dentum virorum consilio · Benedictus non pos-
se atque petitionem eorum neque satis facere
desiderio eius qui renunciaverat seculo · re-
dux non posset ad seculum · nisi auctoritate summi
pontificis ad hoc accederet dispensatio · Cum
legati polonie responso abbatis accep-
to · grandi conatu · romam adeunt · summo

pontifici Benedicto nono · legationem
perferunt dispensationem petunt · Allegant
quoque calamitates polonie · profanationem
fidei christiane · incendia ecclesiarum · subversiones
urbium · violationem virginum · oppressiones
viduarum · effusionem sanguinis innocentum
et multitudinem christianorum utriusque sexus de-
ductam in captivitatem · et venditam in servi-
tutem paganorum · *De dispensatione regis*
Auditis autem his *kazimiri :-*
Benedictus polonie desolationibus
christiane fidei compassus calibus · gentique
orbate principe misertus · ducem kazimirum
ad tenenda regni polonie gubernacula
redire decrevit · Et ne quia stirps regia ul-
timis ducalis omnino deperiret et regnum po-
lonie successore careret · cum eodem duce
Kazimiro ut matrimonium legitime pos-
set contrahere indulsit dispensavit · Ob
cuius dispensationis beneficium ac recorda-
tionis memorabile signum · indictum est
polonis · ut in tonsura rotunda confor-
marent se moribus religiosorum · Statu-
tum est nichilominus · ut pro lecto lumine
ecclesie beati petri rome censum solverent quod
vocatur Swato petre id est census beati petri ·
Expedito negotio et assecuto proposito ·
legati polonorum leti et alacres redeunt
cluniacum · et recipientes ducem suum
Kazimirum · veniunt in alemanniam ad im-
peratorem Othonem avunculum suum · Ubi
cum exercuisset magne probitatis audaciam ·
Sexcentorum virorum armatam militiam ·
ad eum deducendum ad regnum lucran-
dum · transmisit imperator in poloniam ·

Hinc veniens licet cum difficultate ac la-
bore maximo tandem hostibus expugnatis
cum pace possedit regnum Polonie. Quomodo rex
Kazimirus de dispensacione uxoratus est.

Post hec accepit uxorem de Russie
principibus nobiliorem nomine Do-
bronegam dictam cognomine Mariam.
Ex qua genuit quatuor filios primogeni-
tum Boleslaum. Secundum Wladizlaum.
Tercium Meskonem. Quartum Ottonem.
Eodem tempore anno domini M. XL. VI. Aaron
monachus Tinciensis in episcopum Cracoviensem
postulatur. Assumptus autem ad peticionem
regis Kazimiri per eundem papam Benedic-
tum Colonie consecratur et privilegio archi-
episcopatus insignitur. Forma autem posicionis
eius talis in annalibus reperitur. Pro reverencia
principis apostolorum subarrus ... te sta-
tuimus constituendum et pro amore regis Kazimi-
ri qui et Karoli domini nostri eiusque coniugis
Marie eorumque filii Boleslai totiusque regni
tui statuimus stabilimus decernimus vindi-
camus ... archiepiscopatum apud ci-
vitatem Cracoviensem que sedes est episcopa-
tus. Cui etiam subiacent omnes omnium episcopa-
tuum parrochias que in toto regno sunt
Polonico. Ut archiepiscopali more universis pre-
sideat. Tibi quoque archiepiscope concedimus
pallium diebus sollempnibus deferendum.
Denique anno domini M. L. VIII. rex Kazy-
mirus vita excessit et Boleslaus fi-
lius eius in regnum successit. Anno quo-
que domini M. L. VIII. Aaron archiepiscopus Cra-
coviensis obiit. Cui Lambertus qui et Zula
dictus successit archipresulatus in signa pe-

tere noluit. Hic est Lambertus qui beatum
Stanislaum ecclesie Cracoviensis canonicum in-
stituit. Quo mortuo anno domini M. LXXII.
Stanislaus successit. Et octo suis episcopatus
annis sub rege Boleslao admirabilis
prefuit. Anno vero ... septimana lune VI. feria
quinta post octavas pasche que cantatur Sur-
rexit pastor bonus. Sub Gregorio papa III.
De probitate et perversitate regis Bo-
leslai.

Hic Boleslaus post suis sceleribus
immaniter ... quem exercuit in beato
martire Stanislao. Cognominatur Crescius
propter excellenciam largitatis anthonomasice
dictus est largus ob insignem audaciam vir-
tutis appellatus est bellicosus. Quante enim
liberalitatis quanteque probitatis extiterit per
singula enarrare non est necesse. Licet autem
bonum virtutis fundamentum iecisse videatur
ambicio. Sed in terra fabulosa dehiscente
omne opus quod videbatur esse degenere honorum
corruit miserabilissime. Quia vero ambicio
sos oportet esse liberales cum expetant hu-
manos favores quod unico liberalitatis sunt
nervo ambicionis ex sufflati. Quod vero streu-
nuitatis extitit profundo menium robur.
Hic temporibus precupiendis terminis re-
gni Polonie quos amiserant fratres sui per
tempora patris sui magni regis Boleslai
suo stipatus exercitu ceteras regiones pe-
ragravit et contra rebelles plurima prelia com-
misit. Iam vero septimus annus volvebatur
quo Rusie imperium continuis incursibus sepe
ut aput hostes morabantur. Commoratus
autem et commixtus inter gentes didicit
opera eorum et servivit immundiciis eorum.

In intimo studio vicium factus sentina om-
nium. Traditus quoque in reprobum sen-
sum sicut equus et mulus quibus non est
intellectus passionibus ignominie et con-
tumelie affectus. Carnis sue sequens lascivi-
viam gloriam suam in ignominiam et natura-
lem usum mutavit in eum usum qui
est contra naturam. Quomodo vulgus probi-
les et nobiles per Boleslaum sunt deleti.

Dum vero studiis victorie
propriis incumberet prisca in moram
moram eius rei publice quantum quomodi in-
gessit stabilitatis utilitatis tantum per mo-
dum ingessit discrimina. Quantumque unde ho-
neste fuit exercitacionis tantum prepuit
fide insolencie ac dissolucionis. Nobi-
libus enim Polonie cum rege bellorum exercita-
cionibus occupatis interim uxores ac fi-
lias eorum servi ad sua vota inflectunt. Que
tam longa expectacione maritorum fessas
aliquas desperacione deceptas, in non nullas
ad servilis amplexus pertractas. Denique
servi ut scriptum est in de ... cinctim preve-
nientes maritos suos lectos eorum et cubilia
occupant municipia firmant. Non so-
lum vero contra reversuros munitiones ex-
cit... vera etiam reversis bellum infligunt.
Nobiles vero Polonie qui cum rege fuerant
in castris multo tempore demorati compta
fama tante prodicionis ac sceleris perpetrati
zelo iure vindicande ... gentium
contra regis imperium reversi ad propria ... illi
...
...
... supplicius. Sed et se-

viciam quo ulterius servis conculcantur
ac thori legitimi prevaricatores extiterunt
penis atrocissimis perierunt. Extinxit o-
leam in oleastrum et fructus viles ... in ab sin-
thium. Quomodo adultera mulierum catu-
los fecit appom...

Rex vero Boleslaus
post multas cedes adulterium commit-
tencies clausit in stipendiam velud ... vigi-
cantis tradicio ... crescentes ...
in polonias reddidit et in illas ab hostibus
bellum intorsit. Fingit illos iniurias suas
non implere ulcisci sed regiis implebe maie-
statem prosequi. Gloria enim turpis est ... prin-
ceps in multitudine plebis plebe vero deleta
... quid est. Nec enim viros uxores suas
nec placere quibus plus placet causa servi-
licia quam principis obsequela. Conqueritur
nichilominus se non tam aput hostes de-
serum quam hostibus ulterius expositum. Unde
maiores et precipuos capitis abscisione
dampnat. Et quos aperte capere non valet vel
perimere vicium insidiis aggreditur. Mulieres
quoque quibus maritis peperunt ... hu-
mana mansuetudine tanta insectatus
est inhumanitate ut adeo ubera catulos
applicare non horruerit. In sententiis alinachis
quibus hostis peperissent vel serva vel gentilibus
similibus. Astruebat enim per eos exterpari
oportere scortorum scandala quam foveri. Ex-
tant mulieres ingenue que matrone
nobiles quo denique maritalis pudicie et vi-
li prostitutione sunt in testu et habitu oste-
tum. Quod quidem servos in dominos conspiratum
est maliciam quod capitis suppliciis exposi-
ta. Hoc tenuit extitit crudelissimum Bo-

Nobiles vero Polonie qui cum rege fuerant in castris multo
tempore demorati compta fama tante prodicionis ac sce-
leris perpetrati zelo iure vindicande animus gentium
contra regis imperium reversi sunt ad propria illi ... .
Tandem servorum municionibus vix expugnatis pro sin-
gulari tenacitate singularibus eos prodiderunt suppliciis.

Extinxit

lezlai periit. hoc de fonte crudelitatis
ipsius emanavit. De causa excommunicacione

Videns autem Stanislaus cum :-
contemptum episcopi. quod crudelem Bolezl-
aum a ceptato opere. et a sua sevicia
non posset penitus revocare. sed quod lupum rapa-
cem et beluam sevientem in oves dominicas
desevire. et gladium tyrannidis eius in po-
pulo vacuo vallari. et sanguine innocentum
inebriari. vitam quoque thori maritalis vi-
olari. deum non timere. hominem non vereri.
iusticiam opprimi. ascendens ex adverso se
murum pro domo dei opposuit. et vitam suam
pro grege domini exponere non dubitavit. Christi
quoque hostia mox futurus. velut agnum
mansuetum sese obtulit ad immolandum.
Premissa igitur ammonicione secundum nor-
mam ecclesiastice discipline. prius illi re-
gni comminatur excidium. deinde ana-
thematis intentat gladium. ecclesie quoque
denegat introitum. At ille pagine cor-
reccionis impaciens. qui lignum tortuo-
sum et aridum. qui facilius frangi potest
quam dirigi. ad deteriora quibuslibet provocatur. in
maiorem vesaniam inducitur. et ut alter
pharao iusto dei iudicio. maiori duri-
cia cordis excecatus induratur. Quo-
modo sanctus Stanizlaus martirizatus est per regem
Bolezlaum ad ecclesiam sancti Micha-

In ecclesia itaque sancti Micha- elis :-
elis de Rupella. sacro presule divina ce-
lebrante. et propiciacionem sacrorum implorante
supra aram. inter infulas. non ordinis.
non loci. non temporis. non sacrorum. non divi-
nam presentem veritus maiestatem.

corripi. et ab ara trahi iubet satellitibus.
Ad quem satellites accursum. quociens
irruere temptant. tociens cadunt. to-
ciens compuncti ruunt. terro prostrati
mansuescunt. Quos tirannus stans
ante fores ecclesie. obiurgat indignantis-
sime dicens. O vos ignavi et degeneres.
non potestis unum sacerdotem trahere. Deni-
que irruens ad aram. ut deo hec ydoneus. in
Christum domini manus iniecit violentas.
Ipse sponsum agnus sponse. pastorem
ab ovibus. Ipse patrem inter filios amplexus.
et filium in matris pene obtruncat visce-
ribus. O luctuosissimum. o crudelissimum et fune-
bris spectaculum. sanctum prophanus. pium scele-
ratus. presulem sacrilegus. ceca gladio pro-
stravit. et diris vulneribus trucidatis. cruce ius-
sacrato sanguine. deo dignus victimam effi-
cit. Sic iustus cadit. sic bonus pastor mo-
ritur pro grege suo. Sic granum frumenti
cadens moritur. surgit in uberem spicam. et ex-
cussa palea. transit in horreum cum fruge mul-
ta. Sic miles Christi. sic athleta domini. ago-
nizat pugnaciter. Sic nabaoth verus
moritur in area dura. ut in mortuo olearum
transeat vinea. Clamat tacitum vox fusi
sanguinis. terra non silet. sudans aspersione
vescere cruoris. Ipse quoque interet gladius patricide.
terra tamen vivus sanguine. perpetrati sceleris
vindictam expetit in auctore. Sic tentis-
simus in noxium. sceleris metuitur. in-
tenuit mitem gloriosum. Cum singulos ar-
tus minutissime discerens. membra-
tim discerpit bestiis et volucribus celi in
escam venturi dispergit. ac si a singulis

partibus membrorum pena exigi debuisset. et
memoriam nominis ipsius auferri de sub
celo credidisset. O iocundum. o suave
dei iudicium. et omni plenum dulcedine
plenum. quia ille Bolezlaus supplicibus
partibus pontificis mallearetur. ei quem
crucientis manibus malleavit et speciosum
suum dyadema. non sine tergali purpura
beato Stanislao. aulam regis etiam in-
gressuro fabricavit. De aquilis et celesti-
bus radiis ad custodiam corporis celitus
De putatis et de redintegracione mem-
brorum. Missis. brorum eius(?) :-

Seddenus. sed deus
omnipotens qui in sanctis operibus semper
est laudabilis. et in sanctis suis predicat mi-
rabilis. ad declarandas et custodiendas
sui gloriosi martiris exsequias. celestes et ter-
renas subito deputavit creaturas. Ex-
tincto namque mundi partibus ad coelum.
nulle quatuor. visi sunt advolare aquile.
que sublimium locum passionis circuma-
tes a contactu sacri corporis abigerent vul-
tures. aliosque sanguinipetas alites. Cum
in custodele vicinia pervigili. diem noc-
ti et noctem continuarunt diei. Noctem quippe
lam ante diem. Diem potius dixerim quam
noctem. Hec enim alia nox est. de qua
scriptum est. et nox ut dies illuminabitur.
Mira eciam rutilancie tot in singulis lo-
cis celitus divine fulserunt lampades. quot
sacri corporis dispersa sunt partes. Videns tunc
ipsum celum erat dedisse suum ornatum quod g-
loriosis. quasi quorundam decore siderum. et quibus-
dam radiis solis puris distinctam.
Hac ergo alacritate miraculi animati. ac ze-

lo devocionis quidam primum accessi.
sparsas membrorum minutias collige-
gestiunt. perdecentum ad locum passio-
nis accedunt. Mirabile dictu. corpus
integerrimum reperiunt. tinctum sanguine.
sine omni cicatricum notamine. tollunt
asportant. et apud eandem basilicam sancti
Michaelis. iuxta introitum ecclesie divinis
conditum aromatibus recondunt. Per
decennium autem quod gleba corporis beati Stani-
zlai martiris. ad ecclesiam sancti Michaelis sep-
ulta quievit. iugis diebus lampadum
splendor ab eodem loco non discessit. De
apparicionibus et revelacionibus beati Stanizlai

Exeo quo tempore deus ad gloriam sui :-
nominis. vitam gloriosi sui martiris. com-
declarare multis miraculis. Crescebat enim
cotidie. et per omnis volitabat incitum eius
opinio et augebatur paulatim populi erga
suum devocio. Fiebant quoque sancti Stanizlai
multe revelaciones. et tribulati corde re-
cipiebant multas consolaciones. et diversas
in firmitatum quam plurimas curaciones.
Unde accidit. ut quidam vir bonus dum
secundum consuetudinem. sepulchrum beati Stani-
zlai visitaret. et in tempeste noctis silencio
ibidem cum aliis in oracione persisteret. vidit quod
tam nocte cum hiis qui adherant in ecclesia
beati Michaelis. que tota celestis radiabat
lumine. beatum Stanizlaum pontificalibus
indutum. cum personis venerabilibus ad aram stare.
et divina sacramenta peragere. ac pontifica-
lem benediccionem astantibus dare. Item

Alias quoque devote. eadem ecclesia beati
Michaelis multo lumine coruscante.

quibusdam viris devotis et feminis in visione premonstratis, et sicut iis vigilias circa tumulum agentibus visus est sanctus pontifex Stanislaus in medio ecclesie pontificalibus indutus stare et cum duobus ordinibus personarum venerabilium psalmos devotos decantare et vocibus alternantibus hymnos dulcisonos resonare. *Item.*

Ad sepulchrum quoque ipsius viri plebibus et mulieribus ex devotione concurrentibus, et lumen eius amplexantibus cordis et oris contingentibus, vel aliquo de pulvere aut lapidibus sepulchri eius accipientibus, hii certe dictis tactus, et multas egritudines curavit corporis, et quam plurimas pestes fugavit mentis. Ipse etiam talibus dum adhuc ad ecclesiam beati Michaelis sanctum eius quiesceret corpus frequenter apparuit, et de multis que ad salutem vel consolationem anime pertinent edocuit, et hic idem iam admonitione ecclesiam translatus fecit. *Item de eodem.*

Deinceps anulo eius ponti*(vivite)*ficali consignati, vel de aque intinctione ipsius anuli potati, innumerabiles infirmi inveniuntur gratiosi, et morbis urgentibus in statu non solum fideles christiani sed perfidi iudei per merita viri Christi Stanislai usque in hodiernum diem optate restituuntur sanitati. Longum est autem enarrare et calamo describere quot et quantis signis tunc dominus sanctum suum clarificavit. Sed fragilis humana condicio ingrata dei beneficio multa ipsius miracula neglexit et processu temporis oblivioni tradidit.

De morte et eventu regis Boleslai:

Dum igitur beati Stanislai sanctitas per ora hominum latius volitaret, frequentesque expiationes fierent et miraculorum ipsius insignia aures truculentissimi regis attingerent, Boleslaus, cuius nomen ex quibusdam corruptis pronuntiatum versum in latinum dolorem et gloriam sonat, id presignans quod ipsius gloria foret in ignominiam commutanda et voluptatum eius dulcedo putredo et vinum in amaritudine absinthii et fellis esset convertenda, impatiens glorie et invidus tante excellencie beatissimi pontificis et martiris Stanislai, nimio timore perculsus ut parricida crudelissimus, qui non modo hac gloria fecit humilem, sed sceleris audacia reddidit contumaciam, non minus perterritus quam perculsus in Hungariam secessit expulsus. Tempore vero modico sed vindice exilii sui anno inaudito langore correptus, et in amentiam incidit et mortem sibi conscivit. Nescio vero filius eius, cum eo in exilium actus, in primo pubertatis flore veneno interiit, et sic tota domus Boleslai corruit et tantum Stanislao iniuste penas persolvit. *De translatione corone Polonie:*

Notandum quoque quod sicut predecessorum ac pietatem patrum suorum magni regis Boleslai corona regni Polonie aucta fuit, sic per huius Boleslai impietatem decrevit. Nam propter parricidium ipsius quod in beato Stanislao martire commisit, non solum corona decrepite potestatis ipsius occidit, sed et ipsa Polonia usque ad presens tempus suam gloriam et regni honorem amisit. Cum sic ille Boleslaus singularis dilatavit imperium, sic iste velut rex insipiens populum perdidit, nobiles perimit et in sollitudinem Poloniam redegit. Cum quemadmodum ille christianos fundavit et donis regalibus amplificavit, christianam quoque dignitate extulit, sic iste sanctum dei presulem Stanislaum trucidando ecclesie regale sacerdotium prophanavit. Iusto vero quod dei iudicio agitur, ut qui innocentem occidit ipse de vita ad ineret, et qui caput pontificis amputare non horruit et in silvam conculcavit, ipse quoque per fugam exularet et regnum diadema de suis posteris amputaret, et peregrinus intra alienam male dies suos finiret. Et sic ipse corpus viri in multas partes secavit et in omnem ventum dispersit, sic dominus regnum eius scidit et plures principes loco unum premisit. Et ut peccatis viris exigentibus in presenciam cernimus, hoc regnum tunc ipsum divisum in gravi lacerationem et direptionem vastantibus prestitit tradidit. Sed sic divina potencia corpus beatissimi presulis et martiris corpus sine cicatrice notamine redintegravit, et ipsius sanctitatem signis et prodigiis declaravit, sic futurum est ut per eius merita regnum divisum in pristinum statum restauret, iusticia et iudicio roboret, gloria et honore coronet. *De restauratione regni Polonie.*

Invenimus in descriptionibus annalium Polonorum et in vita beati Stephani regis Hungarorum quod dux Mescko factus christianus ad dominum papam Leonem sollempnes nuncios misit et ab eo sibi dari coronam humiliter postulavit. Cumque summus pontifex sue peticioni benignum assensum preberet et corona miro opere iam fabricata foret, ecce ex Hungaria eodem tempore missi convenerunt legati petentes suum dominum ducem Stephanum regio diademate insigniri. Cumque in crastino nunciis Polonie dari corona deberet, ut voti compotes ad dominum suum ducem Polonie leti redirent, eadem nocte angelus domini pape Leoni per visionem apparuit et duci Polonie dari coronam prohibuit, sed Stephano duci Hungarie fore decretam censuit. Cuius autem illi dedit et isti dari prohibuit, incertum fuit etiam insinuavit. Hec enim gens magis diligit iniusticiam quam iusticiam, magis silvarum densitudinem et ferarum venationem quam camporum planiciem et frugum ubertatem, magis diligit canes quam homines, plus perpetrant oppressiones quam divinas leges et decreta que ibi ab angelo transmittuntur. Preiudicium tamen angeli bona spes adhuc de restauratione regni Polonie premittit, ex eo quod ibidem legitur: Veruntamen in fine dierum gentis illius miserebor et gloria regni illa illustrabo. Deus enim prescius futurorum visitans peccata parentum in filios et quartam generationem filiorum, quia ipse solus novit quando debeat misereri genti Polonorum et restaurare ruinas eius, ad usque adhuc tempora omnia insignia regalia, coronam videlicet, sceptrum et lanceam, in armario Cracoviensis ecclesie que est urbs et sedes regia, ut simplicius memoramus, adhuc fuerat recondita, usque dum ille veniat qui vocatus est a deo tamquam Aaron cui sunt hec reposita.

Incipit tercia pars operis

De translacione corporis sancti Stanizlai

Post passionem beati Stanizlai
cum iam fere decem volverentur
circulis quo eiusdem viri ad ecclesiam
sancti Michahelis humatum quiescebat cor-
pus, apparuit gloriosus pontifex cui-
dam nobili matrone que locum eius sepul-
ture solita erat frequentare et interdum
nocte perimere ibidem oracione persiste-
re ac merita sanctitatis ipsius precibus necessi-
tatibus interpellare. Quadam ergo nocte
dum devocioni ibidem intenderet, vi-
dit beatum Stanizlaum presulem ad
altare sancti Michahelis visibiliter quasi
missarum sollempnia celebrantem et se-
cundum modum corone venerabilium perso-
narum ordinem assistentem. Attonitis
fuit divinis, audit cum sese talibus al-
loquentem: Ego sum Stanizlaus quondam
vester episcopus. Vade, dic episcopo et canoni-
cis fratribus meis ut corpus meum trans-
ferant ad ecclesiam kathedralem, quia
hic iaceo sine debito honore et ossa
mea tegulis teguntur publice. Episcopus vero
et canonici audita relacione religiose
femine non mediocriter sed tam de re-
velacione. Anno eius lxxx viii sancti-
tatem corporis eius transtulerunt ad ecclesiam
maiorem cum debita veneracione. *Item*

Postquam *de apparicionibus ipsius.*
autem translata est gleba corporis
beati Stanizlai et posita cum honore de-
bito in medio ecclesie beati Wenceslai, si-
milibus signis et apparicionum portentis
cepit deus ostendere magnalia sue
sanctitatis. Quodam etiam tempore campa-
nae eiusdem ecclesie clausis hostiis
media nocte audite sunt compulsari si-
mul preter morem. Deinde dominus Dam-
ianus qui et Tomaz dictus, tunc ec-
clesie eius decanus, et alii multi canoni-
ci, a sompno excitati et insolite
pulsacionis novitate exciti, ad ec-
clesiam concurrunt et ecclesiam diligencius
obseratam reperiunt. Deinde frequenti
pulsu et clamosis vocibus ecclesie custodibus
advocatis, cum ab eis insolite compulsa-
cionis campanarum inquirunt, Quibus
duo laici Petrich Michaelis et Groma-
za grandem etate, qui tempora ecclesie
frequencius soliti erant excubare, scisci-
tantibus tale responsum dederunt: Vidi-
mus beatum Stanizlaum missarum sollemp-
nia celebrare et sanctam cum ... mini-
strorum dei stare et campanas sine mo-
tu ... humano ministerio persencit ipsas
pulsare. *Item. De eodem.*

Magister quoque Benedictus eiusdem
ecclesie scolasticus, vir bone con-
versacionis ac deo devotus, hic solebat
frequenter primo galli cantu ad matuti-
nas ecclesiam beati Wenceslai introire
et suam oracioni deo vota persolvere. De-
tractis vero sensibus iam dictus homo pro-
batus et etate provectus, Bradie et nocte
frequens incessit erat, quia impulsacione
campanarum intres suos sociare gaudere so-
lebat. De hiis itaque duobus compertum
est, quod prius scolaribus et aliis ex pie-
tate et devocione hoc ibidem dicere con-
sueverunt. Quam diviciens audire nos
decrepitos et senes. Tempore meo revelabi-
tur perempcio huius ecclesie thesaurus sanctis vide-
licet Stanizlaus, que nos vidimus oculis
nostris altaria dei circuientem et in pon-
tificalibus ornamentis divina misteria per-
tractantem. *De elevacione reliquiarum*

Cum autem complacuit dispensacioni
divine, nostris novissimis tempo-
ribus sanctum suum miraculis cunctis decla-
rare et manifestis visionibus revelare,
fidelium quoque devocio ad agnicionem
canonizacionis beati Stanizlai tempore servi
dei Iam Helae (?) imminente ergo tempore canonizacionis ipsius prime more. Domino Wol-
zlao tunc memorie Cracoviensi episcopo iam
defuncto et domino Prandotha venerabili
fratre substituto, quidam miles gravem
paciens infirmitatem, vidit prope
huiusmodi visionem. Videbatur ei
sibi quod in ecclesia maiori ubi quiescit corpus
beati Stanizlai pulsarent campane pro
missa dicenda in ea quod magna festivita-
te. Et cum idem eger in visione appareret
gravi valde audiendi, pervenit ad pedes
montis, invenit predictum Wizlaum
episcopum rubeis vestimentis pontificalibus
sese sponsantem. Eger vero mirabatur quod
tam missa sine episcopo celebraretur. Ad que
quisiens episcopus eius respondit cogitacioni-
bus: Non permittor, inquit, ad ecclesiam
venire, quia tot annis episcopus fui et cor-
pus beati Stanizlai in terre publice iacere
sustinui, id circo exspoliatus hic in domi-
to pontificali. Vade autem et dic episcopo
Prandote ut non negligat ossa sancti
terra elevare. Cum sit infirmus, Non
credet michi, inquit, episcopus. At ille: Dicunt di-
cens ei: Numquid non attendis quasi mortem
et quia tam mortuus est beatus Stanizlaus.
Nunc non advertis quanti et qualia mira-
cula deus per suum famulum operatur. Quanta
fierent si ossa eius de terra levaret. Re-
infirmus cingulans, tollat eum equm-
dum exstitit liberatus et per tres septima-
nas continue mansit sanus. Quibus
elapsis, in infirmitatem relapsus et ut
se videlicet in extrali posicione vidit ho-
minem canum, reverende persone, albo super-
pelliceo indutum supra se stantem, et quasi cum
quadam indignacione se dicentem: Et tu
cur usque huc neglexisti. Tunc infirmus
pavore factus statim surrexit et ad suos
ait: Date mihi equum, quia volo ire ad
episcopum. Ascenso equo mox sanitati re-
stitutus ad episcopum pervenit et ei que se dic-
ta et circa se gesta fuerant fideliter enarravit.
De visione cuiusdam matrone de nova villa

Ad numbarem theutonicam
Adrianam ac devotam, febrem per-
ciam cotidie perpessam, sola matre
presente et tam infirmam in vigilante,
quedam matrona reverenda et sed perit
facie ignota, per hostium cameram in qua
iacebat intravit, et ad eam pulsum
repeit: Ad lehentyn (?) surge et vade tra-
mitam ad sepulchrum beati Stanizlai et
dicas dominano ecclesie custodi ubi ia-
cet corpus sancti, ut dicat Prandote episcopo
Cracoviensi quatinus non sinat corpus

clarum dei a modo in pulvere iacet. Sed statim ossa eius vino et aqua lavet et reponat ea super tumbam in aliquo mundo vase cum honore. et statim liberaberis a tua infirmitate. Quod si non feceris, nec hec dixeris, egritudine tua non liberaberis. Itaque infirma filiam que presens erat, et alios pueros de domo advocat, et que viderat et audierat eis enarrat, et ut ad sepulchrum beati Stanizlai ducatur iniungit et rogat. Et quidem ad sepulchrum eius pervenit, sed que custodi dicenda fuerant minime revelavit, et ideo tunc desideratam sanitatem eo tempore non percepit. Sequenti autem nocte cum ad matutinalem horam surgeret et oraret et filia sua Willebirtha dormiret, vidit hominem venerabilem ante se stantem, et lingua theutonica sibi dicentem, Adelheytha. Scias quod iam est in novo loco amaritudo illa. Iterum vade et dic tumbarum custodi, et ipse annunciet episcopo ut ossa mea lavet de pulvere, quia satis iam iacuit in terra, et lavet ea vino et aqua et ponat ea in vase mundo super tumbam. Tu vero ad sepulchrum meum vade et anulo meo facias te signari, et statim liberaberis a tua infirmitate. Tunc mater excitans filiam visionem ei exposuit, que cum ea ad sepulchrum beati Stanizlai venit et omnia sibi iniuncta custodi enarravit. Anulo quoque ipsius faciens se signari, statim perfecte restituta est sanitati.

De revelatione cuidam nobili facta

Quidam vir nobilis graviter infirmatus, cum in convalescencia in lecto dormiret, apparuit ei quidam episcopus tamquam reverendus pontificalibus indutus, et dixit ei: Ego sum Stanizlaus episcopus Cracoviensis. Predica omnibus necessitatem habentibus, quod quicumque astrinxerint(?) ad sepulchrum meum venerit, liberabitur et consolacionem recipiet. Cumque evigilasset et super hac visione cogitaret, obdormivit et eundem episcopum similia sibi dicentem audivit. Cumque de narratione visionis timeret et cogitaret qualis homo esset, aut sibi videbatur non dormiret, venit tercio idem episcopus et hec eadem peroravit: Ego sum Stanizlaus Cracoviensis episcopus. Vade, inquit, predica omnibus necessitatem habentibus, quod quicumque venerit ad sepulchrum meum et astrinxerit, liberabitur et consolacionem recipiet. At ille non incredulus divine iussioni, que audierat et viderat omnibus cum omni devocione nunciavit. Denique post hanc visionem tam sancta(?) Poznania filius eius graviter cepit infirmari, et in tantum infirmitas invaluit, quod de vita eius desperabatur et loqui non poterat. Pater vero illius recordatus quod a beato Stanizlao audierat, quod omnes necessitatem pacientes qui beati Stanizlai auxilium invocarent consolacionem reciperent, cum omni fiducia dixit: Domine deus, per intercessionem et merita beati Stanizlai martiris tui adiuva me, et libera puerum istum, quem sue sanitati committo. Tunc puer confestim ad patrem ait: Quid dicis de sancto Stanizlao? At ille: Voveo te, inquit, illi et committo, fili mi. Et puer ad patrem: Fac me, inquit, cito portari ad tumbam eius et ego liberabor. Pater vero quia nox erat distulit, sed diluculo iter cum eo arripuit. Cumque cum puero ad sepulchrum venisset et beatum Stanizlaum invocasset, puer incontinenti sanatus est.

De negocio et processu canonizacionis

Talibus igitur ac similibus revelacionum ostensionibus et virtutum prodigiis provocatus, venerabilis pater Prandota Cracoviensis episcopus cum consilio sui capituli ossa beati martiris Stanizlai de terra levavit, vino et aqua lavit et in vase mundo super tumbam reverenter collocavit. Et tunc autem crebrescentibus uberioribus miraculorum signis, prefati episcopi et capituli ecclesie Cracoviensis dignum duxit devocio, ut hec omnia salvatoris magnalia, que per martirem suum operata est sua potencia, cum sigillis prelatorum polonice ecclesie testimonio, sacro sancte romane ecclesie summo pontifici deferrentur in notario(?). Qui reverendis et discretis viris, domino Fulconi Gneznensi archiepiscopo et domino Thome Wratislaviensi episcopo ac domino abbati Lubinensi, cisterciensis ordinis, dedit in mandatis, ut de veritate vite et morum honestate ac miraculorum operacione beati Stanizlai diligentissime inquirerent, et habita super premissis sollerti indagacione, sedi apostolice hec eadem cum fide dignorum testimoniis firmata et conscripta intimare curarent. Inquisitores vero et delegati in multorum religiosorum et aliorum virorum proborum presencia, cum productione iuratorum quam plurium testium, diligenter examinata et sufficienter explanata, et eorum sigillis signata, eidem apostolice sedi beati Stanizlai plurimos numeros direxerunt miracula. Dominus vero papa Innocencius huius nominis quartus, multam formans maturitatem in negociis talibus, fratrem Iacobum virum litteratum et religiosum de ordine fratrum minorum a latere suo in Poloniam direxit. Qui cum prioribus inquisitoribus qui nichil omiserant de contingentibus, diligenter examinasset processum, rursus optime informatum, domino pape et toti curie Romane, velut legatus fidelis beati Stanizlai retulit negocium. Hec sunt autem miracula quemadmodum dispositum(?) sedis apostolice et tocius Romane ecclesie sunt veritatis, et fide dignorum testium testimonio firmata, et communiter tunc ab omnibus approbata.

De filio Richardi a morte suscitato

Dominus Richardus Loco(?) Oberardus cum uxore pregnante Cracoviam venisset, beati Floriani festivitate instante, tercia nocte uxor ipsius peperit natos gemellos, masculum et femininum, que et vixit. Sed masculus septimo die nativitatis sue, sine baptismi gracia est defunctus. Quam cum nunciatum esset patri, dolor cordis apprehendit eum, non tamen pro defuncta prole sed pro morte anime. Qui consurgens ad deum cum omni fiducia supplicavit deo prece cum lacrimis importuna, ut per beati Stanizlai gloriosa merita resuscitare dignaretur filium suum ad percipiendum dumtaxat nove regeneracionis sacramentum. Iacuit vero mortuus puer ab hora matutinali usque ad horam diei terciam, non permisit sepeliri. Hora vero tercia muniatur.

est patri quia filius tuus vivit. Cum gau
dio repletus, sine mora utrumque plenum
in ecclesia beate virginis cum sollempnitate de
bita invenio ex aqua et spiritu sancto regenerari
procurant. Verum puer qui resuscitatus
fuerat, illa die tota et nocte sequenti super
vixit. Et circa auroram temporaliter moriens,
ad vitam et requiem eternam migravit.
Mira salvatoris clemencia. Mortuus
filius erat et sub precipue salutis relictus
discrimine. Non ob aliud suscitatur a mor
te, nisi ut renatus ex aqua et spiritu sancto per beati
Stanizlai merita, ut pater peteret salva
cionem mereretur ad operis divine.

De filio Wenczlai militis suscitato

Militis Wenczlai de Poli
nanci et filius, nomine Wib-cius,
in die sancti Martini gravissime infirmatus,
sequenti die circa ortum solis et mortuus
jacuit itaque tota die inhumatus, quia
est moris militibus et nobilibus cada
ver mortuum sepelire. Mater vero eius nomine
Stanizlava tunc temporis graviter in
firma, rogabat sanctum Stanizlaum cum
summa devocione et eiulatu, tamen per se quam
pro puero a morte suscitando. Et ne ad
deretur dolor super dolorem afflicte de morte
pueri, fecit se de domo in qua corpus pu
eri iacebat exanime educi. Educta autem
ad quoddam palacium, exposita super stra
mentum, circa solis occasum lassa
quietis oculos clausit, nec tamen dor
miret, apparuit ei quidam vir canus
et venerabilis et dixit ei: Mulier angusti
et tribulata, obtentum est per preces beati

Stanizlai, quod filius tuus in hac nocte
reddetur vivus. Audivit enim deus devocionem
tuam et vidit lacrimam tuam. Vovens autem
votum illa sancto, mane die puer cepit in fir
latari. Cumque mater, que de sompno surrexis
set, oculos et vivacitatem videret, fecit se redu
ci in domum ubi corpus iacebat exanime.
Referunt que uno visionem et alijs multis
qui venerant ad vigilandum de nocte cir
ca funus, et parentum consolacione. Devo
verunt igitur puerum beato martyrio. Tercius
eum die exigeret cum egipto. Repel
lum et quietem simplicem, qui erat tem
pus de sepulchro beati Stanizlai posuerat mat
er super pectus pueri defuncti. Accedentibus
autem eis vigilantibus super funus, in pri
mo galli cantu puer oculos aperuit
et iterum clausit. Secundo aperuit et iterum clausit.
Tercio aperiens oculos oscitavit et in vo
cantibus qui aderant merita sancti Stani
zlai spiritum resumpsit. Et adductus postea
ad sepulchrum eius presencia salvatori deo et beato
Stanizlao gratias egit, votumque persolvit.

De filio Hungari a morte suscitato

Cuiusdam Hungari nomine Petri
filius Polech dictus, graviter in
firmatus, octo diebus fuit mortuus. Ja
cuit que defunctus ab hora tercia usque ad
meridiem quo usque ad sepeliendum similis
estimatus. Cumque pater et mater pueri de
functi inconsolabiliter flerent, dictum est
eis ut puerum defunctum beato Stanizlao
voverent. Et habentes fiduciam quod per ipsius
merita puerum a morte revocare possent,
Parentes vero cum suis lacrimis orabant

BIBLIOTH: UNIV. JAGELLONICAE